Rebus in angustiis facile est contemnere vitam: 15  
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

#### Mart. IV 40

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto  
Et docti Senecae ter numeranda domus;  
Praetulimus tantis solum te, Postume, regnis:  
Pauper eras et eques, sed mihi consul eras.  
Tecum ter denas numeravi, Postume, brumas:  
Communis nobis lectus et unus erat.  
Iam donare potes, iam perdere, plenus honorum,  
Largus opum: expecto, Postume, quid facias.  
Nil facis, et serum est alium mihi quaerere regem. –  
Hoc, Fortuna, placet? 'Postumus inposuit.'

### Mart. I 8 : la libido moriendi e Catone nella cultura romana del I sec. d.C.

#### Sen. Epist. 24,25

Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita sed exire; et ante omnia ille quoque vitetur adfectus qui multos occupavit, libido moriendi.  
Cfr. Sen. Epigr. 393 Riese (*Mors Catonis*): *Invictum victis in partibus, omnia Caesar / vincere qui potuit, te, Cato, non potuit.*

#### Tac. Agr. 42, 5

Sciant, quibus moris est inlicita mirari, posse etiam sub malis principibus magnos viros esse obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei publicae usum <nisi> ambitiosa morte inclaruerunt.

#### Mart. XI 2,1-6

Triste supercilium durique severa Catonis  
Frons et aratoris filia Fabricii  
Et personati fastus et regula morum  
Quidquid et in tenebris non sumus, ite foras.  
Clamant ecce mei 'Io, Saturnalia' versus, 5  
et licet et sub te praeside, Nerva, libet.

#### Pers. 3, 44-47

Saepe oculos, memini, tangebam parvus oliuo,  
grandia si nollem morituri uerba Catonis 45  
discere non sano multum laudanda magistro,  
quae pater adductis sudans audiret amicis.

**Mart. I 9 : l' homo bellus, 'uomo di mondo' (ma pusillus...)**

**Cic. Att. I 1,4**

Durius accipere hoc mihi visus est quam vellem et quam homines belli solent.

**Catull. 78**

Gallus habet fratres, quorum est lepidissima coniunx alterius, lepidus filius alterius.

Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores, cum puero ut bello bella puella cubet.

Gallus homo est stultus, nec se videt esse maritum, qui patruus patruum monstret adulterium. 5

**Petr. 57,3**

Bellum pomum, qui rideatur alios.

**Catull. 37,14-20**

hanc (= Lesbiam, ndr) boni beatique omnes amatis, et quidem, quod indignum est, 15  
omnes pusilli et semitarii moechi.

tu praeter omnes une de capillatis, cuniculosae Celtiberiae fili, Egnati, opaca quem bonum facit barba et dens Hibera defricatus urina. 20

cfr. Catull. 54,1 *Othonis caput oppido pusillum*

**Catull. 112**

Multus homo es, Naso, neque tecum multus homo est qui descendit: Naso, multus es et pathicus.

**Mart. I 10 : la domanda che prepara l'aprosdoketon (adeo ... immo)**

**Mart. VIII 10**

Emit lacernas milibus decem Bassus

Tyrias coloris optimi. Lucri fecit.

'Adeo bene emit?' inquis. Immo non solvet.

Cfr. Mart. III 47,15 *urbem petebat Bassus? Immo rus ibat*.

**Mart. I 10: quid ergo seguito dall'ultima parola del componimento, fulmen in clausula**

**Mart. IV 53, 7-8**

Esse putas Cynicum deceptus imagine ficta:

Non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? Canis

**Mart. I 10: l'uso del comparativo in ambito scommatico**

**Mart. II 54.**

Quid de te, Line, suspicetur uxor

Et qua parte velit pudiciorem,

Certis indiciis satis probavit,

Custodem tibi quae dedit spadonem.

Nil nasutius hac maligniusque.

**Mart. I 10: i cacciatori di matrimonio per interesse**

**Mart. X 8**

Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam

nolo: anus est. Vellem, si magis esset anus.

## Lezione del 26 ottobre 2018

### Tacito, *Agricola*. Tradizione manoscritta


**E:** Codex Aesinus (Esino = di Iesi). Fu scoperto nel 1902, nella biblioteca del conte Guglielmo Balleani di Iesi (oggi Biblioteca Nazionale di Roma, Vitt. Em. 1631). Codice pergameneo di 76 fogli: i primi 51 contengono il *Bellum Troianum* di Ditti Cretese, i ff. 52-65 contengono l'*Agricola* e i ff. 66-75 la *Germania* di Tacito: l'ultimo è bianco. L'aspetto singolare è che i ff. 52-55 e 64-65 sono di mano di un umanista marchigiano, Stefano Guarnieri (seconda metà del XV secolo), mentre i fogli 56-63 (un intero quaternione, otto fogli, sedici pagine) sono in scrittura carolina del IX secolo. Si tratta di uno dei quaternioni del codice tacitano portato in Italia (a Roma) nel 1455 da Alberto Enoch d'Ascoli, che era stato inviato in Germania nel 1451 da papa Niccolò V a caccia di codici antichi. Il manoscritto tacitano era originariamente conservato nel monastero di Hersfeld, ma a causa della morte di papa Niccolò nello stesso anno 1455 e dell'ascesa di Callisto III (molto più 'tiepido' del predecessore, nei suoi interessi per i classici latini) Enoch tornò ad Ascoli con il codice, lo smembrò e lo vendette a vari umanisti facoltosi della regione: quei fogli dell'*Agricola* finirono in mano a Stefano Guarnieri, che si era stabilito con la sua famiglia non lontano da Ascoli, a Osimo, che fu cancelliere a Perugia ed aveva dei possedimenti anche a Iesi: in quest'ultima città, Guarnieri fondò la biblioteca che alla fine del '700 passò (per via di matrimonio) alla famiglia Balleani. C. Annibaldi nel 1907 ha dimostrato che Guarnieri ricopiò fedelmente (nei ff. 52-55 e 64-65) il codice di Hersfeld, persino nell'impaginazione del testo (contro questa ipotesi è J. Delz: cfr. discussione ad 11,4 *in bellis*). L'intera tradizione manoscritta dell'*Agricola* deriva, in sostanza, da questo esemplare, che potrebbe essere adibito anche da solo per la costituzione del testo. Cosa conteneva l'originario codice di Hersfeld? Gli studiosi hanno dimostrato che esso è da identificare con il manoscritto di cui parla nel 1425 già Poggio Bracciolini, in una lettera a Niccolò Niccoli, grandi umanisti fiorentini (Niccoli era attivo nella ricerca di codici antichi, sotto il patronato di Cosimo De' Medici). Non è che la prima delle notizie relative al codice (negli anni successivi altre ne arrivano da Antonio Panormita e dallo stesso Niccoli), finché Enoch lo portò a Roma (nel 1455 lo vide a Roma, ancora integro, Pier Candido Decembrio, segretario di Niccolò V). Il prezioso manoscritto conteneva le tre opere minori di Tacito e il libro *De Grammaticis et Rhetoribus* di Svetonio.

**T:** Codex Toletanus (di Toledo). Su carta, scoperto nel 1896 da R. Wünsch, è datato nell'intervallo tra il 1471 e il 1474 ed è opera di un umanista di Todi, Michelangelo Grillo. Grillo era cancelliere di Foligno, città vicina a Perugia, dove aveva operato Stefano Guarnieri (vd. sopra): è probabile, dunque, che **T** fu esemplato su **E** o su un suo discendente diretto. Esibisce un buon numero di lezioni superiori ad **AB** (per es. 3,3 *servitutis T*, *senectutis AB*).

**A:** Codex Vaticanus 3429. Su carta, seconda metà del XV secolo, copia personale di Giulio Pomponio Leto (come indicato dalla nota di possesso di Fulvio Orsini). Notazioni marginali e interlineari di mano di Leto, che con il codice voleva integrare la sua edizione di Tacito di Vindelino da Spira (1470), da cui l'opera mancava. Il codice è quindi stato vergato tra il 1470 e il 1497, anno della morte di Leto.

**B:** Codex Vaticanus 4498. Su pergamena, all'incirca coevo di **A**. Codice che contiene varie operette, tra cui alcune di carattere tecnico (comincia con il *De Aquaeductis* di Frontino) e le tre opere minori di Tacito, *Agricola*, *Dialogus de oratoribus* e *Germania*, disposte in quest'ordine. Stretta è la parentela con **A** (ci sono molti errori 'congiuntivi', vd. ad es. 1,3 *optimae*, 2,1 *Petus* etc.), e alcuni hanno sostenuto che **B** è discendente diretto di **A**, ma l'ipotesi non è dimostrata in modo inoppugnabile e anzi si tende oggi ad escluderla e a fare di **A** e **B** due manoscritti 'fratelli', discendenti da un (sub)archetipo comune.

### Proposta di stemma di E. De Saint Denis





## Edizioni

Franciscus Puteolanus: *editio princeps*, Mediolani 1475-1480 (NB nella *princeps* tacitiana di Vindelino da Spira del 1470 l'*Agricola* è assente).

---

E. De Saint-Denis. *Tacite. Vie d'Agricola*, Texte établi et traduit, Paris, Les Belles Lettres, 1942.

M. Winterbottom – R.M. Ogilvie, *Cornelii Taciti opera minora*, Recognoverunt brevis adnotatione critica instruxerunt, Oxonii, OCT, 1975.

J. Delz, *P. Cornelius Tacitus. Libri qui supersunt*, t. II fasc. 3, *Agricola*, ed. J. Delz, Stuttgart, Teubner, 1989; editionem alteram curavit J. von Ungern-Sternberg, Berlin – New York 2010.

## Studi

C. Annibaldi, *L'Agricola e la Germania di Cornelio Tacito nel MS latino n. 8 della biblioteca del conte G. Balleani in Iesi*, Città di Castello 1907.

R. Sabbadini, *Storia e critica dei testi latini*, Catania 1914, pp. 263-287.

R. P. Robinson, *The inventory of Niccolò Niccoli*, "Classical philology" 16 (1921), pp. 251-255.

R. Till, *Handschriftliche Untersuchungen zu Tacitus Agricola und Germania mit einer Photokopie des Codex Aesinas*, Berlin-Dahlem 1943.

G. Brugnoli, *Le vicende del codice Hersfeldense*, "Rivista di cultura classica e medievale", 3 (1961), pp. 68-90.

R. Sabbadini, *Storia e critica di testi latini: Cicerone, Donato, Tacito, Celso, Plauto, Plinio, Quintiliano, Livio e Sallustio, commedia ignota*. Indice dei nomi e dei manoscritti. Bibliografia dell'autore a cura di Eugenio e Myriam Billanovich, Padova 1971, pp. 194-211.

M. Winterbottom, *Tacitus. Minor works*, in *Text and Transmission. A survey of the Latin Classics*, ed. by L. D. Reynolds, Oxford 1986, pp. 410-411.

F. Niuatta, *Sul codice esinate di Tacito, ora Vitt. Em. 1631 della Biblioteca Nazionale di Roma*, "Quaderni di Storia" 22 (gennaio-giugno 1996), n. 43, pp. 173-202.

## Struttura dell'opera

**1-3**: Proemio (perché scrivere la biografia di un uomo illustre del recente passato)

**4-9** (40-77 d.C.): nascita ed educazione di Agricola, fino all'incarico in Britannia

**10-17**: descrizione (etnografia) e storia della Britannia prima di Agricola

**18-38**: il governo di Agricola in Britannia e le campagne espansive (77-83 d.C.)

**39-43**: vita di Agricola dopo il ritorno dalla Britannia; ostilità di Domiziano, morte di Agricola (84-93 d.C.).

**44-46**: breve sunto della vita e ritratto morale di Agricola, elogio ed esortazione a seguirne l'esempio.

## L'incipit: il modello catoniano

### Cato 1 Peter

Si quos homines sunt, quos delectat populi Romani gesta describere

cfr. Cato 118 Peter *clarorum virorum laudes ac virtutes*

## Lezione del 31 ottobre 2018

### Le clausole del *cursus* nell'*Agricola* di Tacito (cap. 1-2)

*ignorantiam recti et invidiam* cretico + anapesto ( $\overset{\sim}{-} - \overset{\sim\sim}{-} \overset{\sim}{^}$ ) oppure trocheo + peone primo ( $\overset{\sim}{-} - \overset{\sim\sim}{-} \overset{\sim}{^}$ ): cfr. al cap. 3  
*dissociabilis miscuerit*, cretico + peone primo ( $\overset{\sim}{-} - \overset{\sim\sim}{-} \overset{\sim}{^}$ )

*pretio ducebatur, facillime gignuntur, incusaturus, laudati essent, eorum saevitum* dispondeo ( $-- - \overset{\sim}{^}$ )

*arbitrati sunt, arbitrabantur* cretico + spondeo ( $\overset{\sim}{-} - - \overset{\sim}{^}$ )

*obtrectationi fuit, virtutibus tempora, audiendique commercio* dicretico ( $\overset{\sim}{-} - - \overset{\sim}{^}$ )

*ac foro urerentur, nos quid in servitute, quam tacere* ditrocheo ( $\overset{\sim}{-} - \overset{\sim}{^}$ ) eventualmente preceduto da cretico ( $\overset{\sim}{-} -$ )

*honestum occurreret* spondeo + cretico ( $-- - \overset{\sim}{^}$ ) oppure altro caso di dicretico (vd. sopra)

*patientiae documentum* cretico + peone terzo ( $\overset{\sim}{-} - \overset{\sim\sim}{-} - \overset{\sim}{^}$ )

### Fare e scrivere storia. La *virtus* va ricordata anche nei tempi avversi, perché sia fonte di *virtus* Cic. Or. 35

Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto, quem ipsum nunquam attigissem tempora timens inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam mihi caram excitanti non parere nefas esse duxissem.

### Sall. Cat. 2,9-3,2

Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; vel pace vel bello clarum fieri licet; et qui fecere et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exequenda sunt; dein quia plerique quae delicta reprehenderis malevolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit.

### I 'due presenti' di Tacito: scrivere sotto il principe illuminato, subito dopo la notte della repubblica

#### Liv. 1, praef. 5.

Ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum quae nostra tot per annos uident aetas, tantisper certe dum prisca [tota] illa mente repeto, auertam, omnis expertus curae quae scribentis animum, etsi non flectere a uero, sollicitum tamen efficere posset.

## Lezioni del 18 e 19 marzo 2019

### Mart. I 10

Petit Gemellus nuptias Maronillae

Et cupit et instat et precatur et donat.

Adeone pulchra est? immo foedius nil est.

Quid ergo in illa petitur et placet? Tussit.

hab. T de gemello et maronilla T de venusto et marino β de venusto et maronilla EXV de gemello et maronilla G 1 sentit P / gemellus Tβ gemellus venustus γ (ventus pro venustus G ut vid.) 2 precator E 4 ergo] igitur f dett. / appetitur β / placet et petitur G / tussit βγ: ussit T tussis f<sup>2</sup> V<sup>2</sup> dett.

### Mart. I 11

Cum data sint equiti bis quina nomismata, quare

Bis decies solus, Sextiliane, bibis?

Iam defecisset portantis calda ministros,

Si non potares, Sextiliane, merum.

hab. T ad sextilianum 1 sunt TP / quina Tγ: bina LPQ quinque f dett. / nomismata LPEX: numismata TQf munismata G nominismata V 2 quintiliane V 3 defecissent Q / portantis β: portantes Tγ 4 potases T portares G / morum V Nomismata, vd. I 26; lasciva: Mart. VIII 78,9; mensae XII 62,11

### Mart. I 11: le tecniche scommatiche

#### Lucill. AP XI 216 (= 89 Floridi)

Τὸν φιλόπαιδα Κράτιππον ἀκούσατε· θαῦμα γὰρ ὑμῖν  
καινὸν ἀπαγγέλλω· πλὴν μεγάλαι Νεμέσεις.  
τὸν φιλόπαιδα Κράτιππον ἀνεύρομεν ἄλλο γένος τι  
τῶν ἑτεροζήλων. ἤλπισα τοῦτ' ἂν ἐγὼ·  
ἤλπισα τοῦτο, Κράτιππε· μανήσομαι, εἰ, λύκος εἶναι 5  
πᾶσι λέγων, ἐφάνης ἐξαπίνης ἔριφος;

Di Cratippo l'amante di fanciulli udite la storia: un nuovo prodigio vi annuncio infatti. Sono pur grandi le Nemesi! In Cratippo l'amante di fanciulli scoprimmo un nuovo genere di individui dai desideri "altri". Me lo sarei forse potuto aspettare? Me l'aspettavo, Cratippo! Dovrei forse arrabbiarmi se, dicendo a tutti di essere un lupo, ti rivelasti essere, d'improvviso, un capretto?

### Mart. I 12: Marco Aquilio Regolo

#### Plin. Epist. I 5,1-2

C. PLINIVS VOCONIO ROMANO SVO S.

Vidistine quemquam M. Regulo timidiorem humiliorem post Domitiani mortem? sub quo non minora flagitia commiserat quam sub Nerone sed tectiora. Coepit uereri ne sibi irascerer, nec fallebatur: irascebar. Rustici Aruleni periculum fouerat, exsultauerat morte; adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Rusticum insectatur atque etiam 'Stoicorum simiam' adpellat.

Cfr. Tac. Hist. IV 42.

### Mart. I 12. II 'crollo della casa': un antico motivo epigrammatico

#### Bian. AP IX 259

Ἦριπεν ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, ἀλλ' ἐπὶ παιδὶ  
νηπιάχῳ Ζεφύρου πολλὸν ἐλαφρότερος·  
φείσατο κουροσύνης καὶ ἐρείπιον. ὦ μεγάλαυχοι  
μητέρες, ὠδίνων καὶ λίθος αἰσθάνεται.

Cadde giù la casa dall'alto tutta quanta, ma sul bimbo piccolo fu assai più leggera di Zefiro. Ebbero pietà della gioventù anche le rovine. O madri vanagloriose, anche la pietra sente i dolori delle doglie.

### Mart. I 12. La Fortuna, l'invidia e le querellae

#### Stat. Silv. I 4,4-6 (per Rutilio Gallo risanato)

es caelo dive, es, Germanice, cordi

(quis neget?): erubuit tanto spoliare ministro 5

imperium Fortuna tuum.

Cfr. Stat. Silv. III 5,41 s. *superi ... / invidiam timuere tuam*

### CLE 1336,9-10 (IV sec., Roma)

frangitur explicitis tristis fortuna querellis

et reserata minus pectora uulnus habent.

## Mart. I 13

Casta suo gladium cum traderet Arria Paeto,  
Quem de visceribus strinxerat ipsa suis,  
'Si qua fides, vulnus quod feci non dolet,' inquit,  
'Sed tu quod facies, hoc mihi, Paete, dolet.'

hab. T, cum epigr. 12 confl. β (separavit f) de aroia epeto T teste Schneidewin (in fotogr. non liquet) de arria et paeto γ, tit. om. β (suppl. f<sup>2</sup>) 1  
suum ut vid. P (corr. P<sup>2</sup>) / traderet TβG: traheret EXV 2 strinxerat (-serat Q) TLPQ: traxerat (-it X)fγ 3 fecit LP 4 tu quod LPQ: quod tu Tγ  
/ facias f

## Paete, non dolet... Il ritratto di Arria maggiore

### Plin. Epist. III 16,6

Praeclarum quidem illud eiusdem, ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere uocem immortalem ac paene diuinam: 'Paete, non dolet.'

Cfr. Vita Persi; Tac. XVI 34; Cass. Dio LX 16,7 τὸ γὰρ ξίφος λαβοῦσα ἑαυτὴν τε ἔτρωσε, καὶ ἐκεῖνῳ ὄρεξεν εἰποῦσα "ἰδοῦ, Παῖτε, οὐκ ἀλγῶν.", prendendo la spada si trafisse e la porse a lui dicendo 'ecco, Peto, non mi fa male'.

### Plato Apol. 41C-D

Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρῆ, ὃ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἐν τῷ τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι [41d] οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τοῦτου πράγματα· οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν, ἀλλὰ μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. διὰ τοῦτο καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψεν τὸ σημεῖον, καὶ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγοροῖς οὐ πάνυ χαλεπαίνω.

Ma bisogna, giudici, che anche voi speriate bene davanti alla morte e teniate in mente questa verità, che [41D] non può esserci male per un uomo buono, né da vivo né da morto, e niente di quanto lo riguarda è trascurato dagli dei; anche le mie vicende d'ora non sono avvenute da sé, ma mi è chiaro che ormai per me morire ed esser liberato dal peso dell'azione era la cosa migliore. Per questo anche il segno non è mai intervenuto a distogliermi ed io personalmente non provo nessun rancore verso chi mi ha votato contro e chi mi ha accusato. (Trad. M. Chiara Pievatolo)

## Mart. I 14: i denti 'incantati' (blandi) del leone

### Sen. Phaed. 572

ora dammis blanda praebebunt lupi

cfr. Luc. Phars. VI 489 (le maghe sono circondate da tigri e leoni affamati che alitano loro vicino senza morderle, *ore fivent balndo*). Diverso, ma istruttivo Ov. Am. I 7,41: *aptius impressis fuerat livere labellis / et collum blandi dentis habere notam*.

## Mart. I 14: Praestat harena: L'arena offre a Domiziano... ciò che è già suo

### Mart. Spect. 5,4

Quidquid fama canit, praestat harena tibi.

## Mart. I 15: exigua pars est vitae...

### Sen. brev. 2,2

quibusdam nihil quo cursum derigant placet, sed marcentis oscitantisque fata dependunt, adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est uerum esse non dubitem: 'exigua pars est uitae qua uiuimus'.

## Mart. I 15: la trasformazione dei motivi oraziani

### Hor. Carm. II 14,1-8

Eheu fugaces, Postume, Postume,

labuntur anni nec pietas moram

rugis et instanti senectae

adferet indomitaeque morti,

non si trecenis quotquot eunt dies, 5

amice, places inlacrimabilem

Plutona tauris, qui ter amplum

Geryonen Tityonque tristi

conpescit unda

### Mart. I 15: il *fugitivus*

Roma, Museo delle Terme di Diocleziano, sala VIII, inv. 65043 (collare di schiavo). *CIL XV 7194*

Fugi, tene me;| cum revocu-|veris me d̄(omino) m̄(eo)| Zonino, accipis |5 solidum.

Conc. Min. BB. AA. CC., divieto di riproduzione



### Hor. *Carm.* I 11

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi  
finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios  
temptaris numeros. ut melius, quidquid erit, pati.  
seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,  
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare  
Tyrrenum: sapias, vina liques, et spatio brevi  
spem longam reseces. dum loquimur, fugerit invida  
aetas: carpe diem quam minimum credula postero.

5

### Mart. V 78

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.  
Dic mihi, cras istud, Postume, quando venit?  
Quam longe cras istud, ubi est? aut unde petendum?  
Numquid apud Parthos Armeniosque latet?  
Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.  
Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?  
Cras vives? hodie iam vivere, Postume, serum est:  
Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

## Lezione del 16 novembre 2018

### **Tac. Agr. 4. Giulio Grecino : ritratto di un senatore Colum. I 1,14**

cuius (*scil.* Corneli Celsi) uelut discipulus duo uolumina similium praeceptorum de uineis Iulius Graecinus composita facetius et eruditius posteritati tradenda curauit.

### **Sen. Ben. II 21,5**

Si exemplo magni animi opus est, utamur Graecini Iulii, viri egregii, quem C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expedit.

### **Suet. Cal. 23**

fratrem Tiberium inopinantem repente immisso tribuno militum interemit Silanum item socerum ad necem secandasque nouacula fauces compulit, causatus in utroque, quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus ac spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset, ille antidotum oboluisset, quasi ad praecauenda uenena sua sumptum.

### **L'educazione 'ciceroniana' di Agricola**

#### **Tac. Dial. 30,4-5**

itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat. ita est enim, optimi viri, ita: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia.

### **Il ritratto sallustiano e quello tacitano: modelli retorici a confronto**

#### **Sall. Cat. 5**

L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. huic ab adulescentia bella intestina caedes rapinae discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. corpus patiens inediae algoris vigiliae, supra quam quoiquam credibile est. animus audax subdolos varius, quouis rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. vastus animus immoderata incredibilia nimis alta semper cupiebat. hunc post dominationem L. Sullae lubido maxuma invaserat rei publicae capiundae; neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memoravi. incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Lucio Catilina, di nobile stirpe, fu uomo di grande forza ed animo, ma di indole cattiva e malvagia. Fin dall'adolescenza gli furono gradite le guerre interne, le stragi, le rapine e le discordie civili, e in queste situazioni trascorse la sua gioventù. Aveva un fisico resistente alla fame, al freddo, alle veglie al di sopra di quanto chiunque possa credere. Aveva un animo audace, subdolo, mutevole, era simulatore e dissimulatore di qualsiasi cosa; desideroso delle cose d'altri, prodigo delle sue; ardente nei desideri; abbastanza eloquente, ma poco accorto. Il desolato animo desiderava sempre cose immoderate, incredibili, esagerate. Dopo la dominazione di L. Silla lo aveva invaso il fortissimo desiderio di impadronirsi dello Stato, e non si curava affatto dei mezzi con cui raggiungere il suo scopo, pur di ottenere il potere. L'animo feroce era ogni giorno tormentato sempre più dalle ristrettezze e dal rimorso dei delitti, che erano resi più gravi da entrambi i comportamenti che sopra ho ricordato. Inoltre lo incitavano i costumi corrotti della città, che la lussuria e l'avarizia, mali pessimi ma diversi fra loro, affliggevano.

## Lezioni del 25-26 marzo 2019

### Mart. I 16: la varietà del *liber*

#### Mart. VII 81

‘Triginta toto mala sunt epigrammata libro.’  
Si totidem bona sunt, Lause, bonus liber est.

#### Mart. VII 85

Quod non insulse scribis tetrasticha quaedam,  
Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis,  
Laudo, nec admiror. Facile est epigrammata belle  
Scribere, sed librum scribere difficile est.

Cfr. X 59 : *consumpta est uno si lemmate pagina, transis, / et breviora tibi, non meliora placent. / dives et ex omni posita est instructa macello / cena tibi, sed te mattea sola iuvat. / non opus est nobis nimium lectore guloso; / hunc volo, non fiat qui sine pane satur.*

#### Mart. VII 90

Iactat inaequalem Matho me fecisse libellum:  
Si verum est, laudat carmina nostra Matho.  
Aequales scribit libros Calvinus et Umber:  
Aequalis liber est, Cretice, qui malus est.

### Mart. I 17: *res est magna*

#### Mart. IV 80

Declamas in febre, Maron: hanc esse phrenesin  
Si nescis, non es sanus, amice Maron.  
Declamas aeger, declamas hemitritaeos:  
Si sudare aliter non potes, est ratio.  
‘Magna tamen res est.’ Erras; cum viscera febris      5  
Exurit, res est magna tacere, Maron.

### Scaev. Dig. IV 4, 39, 1

Vendentibus curatoribus minoris fundum emptor extitit Lucius Titius et sex fere annis possedit et longe longaque rem meliorem fecit.

#### Mart. X 47,1-5

Vitam quae faciant beatiorem,  
Iucundissime Martialis, haec sunt:  
Res non parta labore, sed relicta;  
Non ingratus ager, focus perennis;  
Lis numquam, toga rara, mens quieta      5

### Mart. I 18: la tradizione indiretta, le varianti nella tradizione manoscritta

#### Prisc. inst. gr. VI 73 (II p. 257,10 ss. Keil)

‘mustus’ quoque ‘musti’ excipit Probus, quod tamen mobile videtur, cum veteres et feminino et neutro genere inveniuntur hoc protulisse ... Martialis in I: «quid te Tucca iuvat vetulo miscere Falerno / in Vaticanis condita musta cadis? ».

#### Ov. Fast. V 518

condita vina cado  
(cfr. Fast. I 186 *condita mella cado*; Mart. I 55, 10 *promere mella cado*).

Mart. I 18, ad v. 6: saeva β: scaena R scaeva M vina γ / mero Rβ: cado γ

### Mart. I 18: *de nobis facile est*

#### Sen. cons. ad Marc. 16,3

Duodecim illa (*scil.* Cornelia, la madre dei Gracchi) partus totidem funeribus recognouit; et de ceteris facile est, quos nec editos nec amissos ciuitas sensit: Tiberium Gaiumque, quos etiam qui bonos uiros negauerit magnos fatebitur, et occisos uidit et insepultos.

### **Mart. I 19**

Si memini, fuerant tibi quattuor, Aelia, dentes:

expulit una duos tussis et una duos.

Iam secura potes totis tussire diebus:

nil istic quod agat tertia tussis habet.

*hab. R (erravit Lindsay) nep et alia florilegia (v. Frdl. ad l.) ex quibus duo tantum adbibui: Brit. Reg. 15 B XIX saec. IX et Lips. Rep. I, 74 saec. X ad aeliam (heliam LP) Rβγ de illa cui tussis excusserat (excussat n) paucos dentes qui supererant nep tetrasticon de quadam anu quae IIII dumtaxat dentes fertur habuisse Brit. (in mg. Virgilius de sua nutrice; tit. consimiles hab. alia florilegia: v. Frdl. ad l.) de quadam vetula Lips. 1 quatuor ut memini fuerant tibi delia dentes Brit. / tibi om. Lips. / helia Lips. celia R 2 expulerat Lips. a.c. abstulit Brit. 3 iam βγ Brit. Lips.: tam R ut vid. (iam R<sup>2</sup>) nunc nep / cunctis G Brit. 4 nil istic quod (quid G) agat Rβγ Lips.: nil tibi quod tollat nep nil iam quod tollat Brit.*

### **Mart. I 19: il tema della vecchia brutta, sdentata e cadente.**

#### **Plaut. Most. 275**

vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt.

cfr. Aristoph. *Vespae* 164-165.

#### **Priap. 12,9**

dentem de tribus excreavit unum

#### **Mart. II 41, 1-6; 22-23.**

‘Ride si sapis, o puella, ride’,

Paelignus, puto, dixerat poeta.

Sed non dixerat omnibus puellis.

Verum ut dixerit omnibus puellis,

Non dixit tibi: tu puella non es, 5

Et tres sunt tibi, Maximina, dentes,

...

At tu iudicium secuta nostrum

Plora, si sapis, o puella, plora.

Cfr. Mart. III 93,1-2 (su *Vetustilla nova nupta*): *cum tibi trecenti consules, Vetustilla, / et tres capilli quattuorque sint dentes.*

#### **Lucill. AP XI 310 = 114 Floridi**

Ἡγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρόν, ὀδόντας·

τῆς αὐτῆς δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

Hai comprato capelli, belletto, miele, cera, denti:

con la stessa spesa ti ci compravi una faccia (trad. Floridi).



## Lezione del 23 novembre 2018

### **Cursus di Agricola (40-93 d.C.)**

*Tribunus militum*: Britannia, 58-62 (con Svetonio Paolino)

*Quaestor*: 64: a Roma, poi nella provincia d'Asia, con Salvo Titiano (65)

*Tribunus plebis*: 66

*Praetor*: 68 (inventario del tesoro nei templi)

69-71: a capo della legione XX *Valeria Victrix*, al posto del ribelle Marco Roscio Celio

71: campagne con il nuovo governatore Quinto Petilio Ceriale (che ha sostituito Vettio Bolano), contro i Briganti.

75: assume il patriziato e diviene governatore dell'*Aquitania*.

77: *pontifex* a Roma (nozze di Giulia Agricola con Tacito)

78: *legatus Augusti pro praetore* in Britannia.

78-85: campagne in Britannia (Galles, Anglesey/Mona; Caledonia; nell'82 spedizioni oltremare, forse addirittura in *Hibernia*, ma non ci sono riscontri sufficienti, al riguardo);

85: richiamato a Roma da Domiziano.

85-93: ultimi anni: rifiuta di diventare governatore della provincia d'*Africa*.

### **La vita concorde dei coniugi nei CLE**

#### **CLE 01571**

Dis Manibus istis. Geminae Caumae

C. Billienus Fructus ossibus ossa dedit,

Coniugi perpetuae. quos aetas iunxerat olim,

Nunc mortis iuncti iacent, qui uixerunt una

Annis continuis LII sine lite molesta.

Filius hunc tumulum posu(it) plen(us) pietate parentum.

5

#### **CLE 1971**

Quorum quot sic sunt coniuncta sepulcra,

Testantur quam concordes exegerint aeuom.

Quos nec mors potuit seiungere longe

Crudelis quae sola potest disiu(n)gere amantes.

### **Le ruberie di Nerone e Galba**

#### **Svet. Nero 32,4**

ultimo templis compluribus dona detraxit simulacraque ex auro uel argento fabricata conflauit, in iis Penatium deorum, quae mox Galba restituit.

## Lezioni del 1-2 aprile 2019

### Mart. I 20: *dic mihi, quis furor est?*

#### Mart. XIV 179

Dic mihi, virgo ferox, cum sit tibi cassis et hasta,

Quare non habeas aegida. 'Caesar habet.'

cfr. ad es. V 58,2 *dic mihi, cras istud, Postume, quando venit?* Frequentissimo in Plauto, e cfr. anche, ad es. Verg. *Ecl.* 3,1 *dic mihi, Damoeta, cuium pecus? An Meliboei?*

#### Tibull. I 10,33

Quis furor est atram bellis accersere mortem?

#### Mart. I 68,8

Naevia non una est: quid, vir inepte, furis?

### Mart. I 20: *Caecilianus a cena*

#### Mart. II 37,7-11

Haec cum condita sunt madente mappa,

Traduntur puero domum ferenda:

Nos accumbimus otiosa turba.

Ullus si pudor est, repone cenam: 10

Cras te, Caeciliane, non vocavi.

### Mart. I 20: *la cena come spettacolo*

#### Mart. I 43

Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati

et positum est nobis nil here praeter aprum,

non quae de tardis servantur vitibus uvae

dulcibus aut certant quae melimela favis,

non pira quae longa pendent religata genesta, 5

aut imitata brevis Punica grana rosas,

rustica lactantis nec misit Sassina metas

nec de Picens venit oliva cadis:

nudus aper, sed et hic minimus qualisque necari

a non armato pumilione potest. 10

Et nihil inde datum est; tantum spectavimus omnes:

ponere aprum nobis sic et harena solet.

Ponatur tibi nullus aper post talia facta,

sed tu ponaris cui Charidemus apro.

#### Stat. Silv. I 6,57-62

hic audax subit ordo pumilorum,

quos natura brevis statim peracta

nodosum semel in globum ligavit.

edunt vulnera conseruntque dextras 60

et mortem sibi (qua manu!) minantur.

ridet Mars pater et cruenta Virtus

#### Mart. I 21

Cum peteret regem, decepta satellite dextra

Ingessit sacris se peritura focus.

Sed tam saeva pius miracula non tulit hostis

Et raptum flammis iussit abire virum:

Urere quam potuit contempto Mucius igne,

Hanc spectare manum Porsenna non potuit.

Maior deceptae fama est et gloria dextrae:

Si non errasset, fecerat illa minus.

5-6 Pomp. *comm.* V 284,29 - 285,3 Keil barbarismus .si dicas Porsena pro eo quod est Porsenna, « hanc – potuit ». Non stat aliter versus: ita enim est « urere – non potuit ». 6 Serv. *ad Aen.* VIII 646 Porsenna: unum 'n' addidit metri causa ... nam Porsenna dictus est: Martialis « hanc - potuit »

----vv.---I-6 hab. R ad mucium et porsenam R de porsenna (-ena X) LEXV de porsenna et mutio scevola Q de porsenna et mutio f de mutio et porsenna G, tit. om. P spatio relicto (suppleverunt mm. recc.) 3 hostes EX 4 abiere E 5 mucius contento Pompeius / muscius V / igni R 6 spectare R / porsenna (pr. n. eras.) E / potiat R ut vid. (corr. R<sup>2</sup>) 7 deceptae βG: decepta EXV 8 fecerit G

## **Mart. I 21: il racconto liviano e le *scholae***

### **Liv. II 12,7-8; 13-15.**

ibi cum stipendium militibus forte daretur et scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret eum<que> milites uolgo adirent, timens sciscitari uter Porsinna esset, ne ignorando regem semet ipse aperiret quis esset, quo temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat. uadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat uiam, cum concursu ad clamorem facto comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas fortunae minas metuendus magis quam metuens, 'Romanus sum' inquit, 'ciuis; C. Mucium uocant. hostis hostem occidere uolui, nec ad mortem minus animi est, quam fuit ad caedem (...) 'en tibi' inquit, 'ut sentias quam uile corpus sit iis qui magnam gloriam uident'; dextramque accenso ad sacrificium foculo inicit. quam cum uelut alienato ab sensu horreret animo, prope attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluisset amouerique ab altaribus iuuenem iussisset, 'tu uero abi' inquit, 'in te magis quam in me hostilia ausus. iuberem macte uirtute esse, si pro mea patria ista uirtus staret; nunc iure belli liberum te, intactum inuiolatumque hinc dimitto.'

A quel punto, siccome si stava dando il soldo ai soldati e lo scriba sedeva insieme al re, con abbigliamento quasi altrettanto sfarzoso, dandosi molto da fare, mentre i soldati andavano tutti da lui, Muzio, temendo di chiedere chi dei due fosse Porsenna, per non svelare chi egli fosse facendo vedere che non conosceva il re, andò a caso, dove il suo intento criminoso lo conduceva, e uccise lo scriba al posto del re. Mentre se ne andava via tra la folla timorosa, per la via dalla quale era venuto e con il pugnale in mano, si radunò una gran folla, per il clamore che si era fatto, fu preso dalle guardie del re e portato davanti al podio regale, anche allora, in mezzo a tante minacce della sorte, uomo da temere piuttosto che timoroso: 'sono cittadino romano', disse, 'mi chiamano Gaio Muzio. Da nemico, ho voluto uccidere un nemico, né il mio coraggio è minore nei confronti della mia morte di quanto non lo sia stato nell'uccidere altri (...) 'ecco', disse, 'perché tu capisca che cosa vile sia il corpo per coloro che vedono grande la gloria', e pose di getto la destra su un focolare acceso per il sacrificio. Mentre la faceva bruciare, come se avesse l'animo del tutto insensibile alle sensazioni, mancò poco che il re venisse meno di fronte a questo portento: saltò su dal suo scranno e ordinò il giovane fosse allontanato dalle are. 'Tu vai via', disse, 'o tu, che hai osato atti ostili più contro di te che contro di me, ordinerei di darti onori da eroe, se questo tuo coraggio fosse in favore della mia patria; ora, per diritto di guerra, ti mando via libero, senza che tu venga toccato o offeso nella tua dignità'.

### **Sen. *Epist.* 24,5-6**

Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus quam crudelitas ad inroganda: facilius Porsina Mucio ignovit quod voluerat occidere quam sibi Mucius quod non occiderat. 'Decantatae' inquis 'in omnibus scholis fabulae istae sunt'; iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis.'

## Lezione del 30 novembre 2018

### **Tac. Agr. 6. L'ozio o la quiete? Il rovesciamento di un topos**

#### **Sall. Bell. Cat. 1,1**

Omneis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri oboedientia finxit.

#### **Sall. Hist. frg. I 55 (il discorso di Lepido)**

Agendum atque obviam eundem est, Quirites, ne spolia vestra penes illos sint, non prolatandum neque votis paranda auxilia; nisi forte speratis taedium iam aut pudorem tyrannidis Sullae esse et eum per scelus occupata periculosius dimissurum. at ille eo processit, ut nihil gloriosum nisi tutum et omnia retinendae dominationis honesta aestumet. itaque illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt; hac tempestate serviendum aut imperitandum, habendus metus est aut faciendus, Quirites. nam quid ultra? quaeve humana superant aut divina inpolluta sunt? populus Romanus, paulo ante gentium moderator, exutus imperio gloria iure, agitando inops despectusque ne servilia quidem alimenta relicua habet.

### **Tac. Agr. 7. Gli Intimilii: le origini familiari di Agricola e la tradizione manoscritta**

#### **Tac. Agr. 7,1**

Nam classis Othoniana licenter vaga dum Intimilios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit.

Intimilios *Richmond* – *Ogilvie*: Intemelios *Lips.*: in templo *codd.*: Intimilium *Mommsen*.

#### **Cic. Fam. VIII 15,2 (Caelius ad Ciceronem de reditu suo a Gallia)**

Sed tamen, quod ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpem versus incidit? ideo quod Intimilii in armis sunt, neque de magna causa.

#### **Varro Rust. III 9,17**

ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata, quae est in mari Tusco secundum Italiam contra montes Liguscos, Intimilium, Album Ingaunum.

#### **Plin. Nat. III 48 (descrizione della Liguria)**

flumen Rutuba, oppidum Album Intimilium, flumen Merula, oppidum Album Ingaunum, portus Vadorum Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Fertor, portus Delphini, Tigulia intus, Segesta Tiguliorum, flumen Macra, Liguriae finis.

### **Tac. Agr. 7. Alcuni elementi di stile**

#### **Cato Orat. 50 Malc.**

censores qui posthac fiunt, formidulosius atque segnius atque timidius pro re publica nitentur.

#### **Plaut. Amph. 1117-118**

Mira memoras, nimis formidolosum facinus praedicas;  
nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.

#### **Sall. Cat. 7,2**

nam regibus boni quam mali suspectiores sunt, semperque iis aliena virtus formidulosa est.

#### **Gell. IX 12**

Vt 'formidulosus' dici potest et qui formidat et qui formidatur, ut 'invidiosus' et qui invidet et cui invidetur, ut 'suspiciosus' et qui suspicatur et qui suspectus est, ut 'ambitosus' et qui ambit et qui ambitur, ut item 'gratiosus' et qui adhibet gratias et qui admittit, ut 'laboriosus' et qui laborat et qui labori est, ut pleraque alia huiusmodi in utramque partem dicuntur, ita 'infestus' quoque ancipiti significatione est. Nam et is 'infestus' appellatur, qui malum infert cuiquam, et contra, cui aliunde impendit malum, is quoque 'infestus' dicitur.

## Lezione del 9 aprile 2019

### Mart. I 22 : gli animali grandi non si curano dei piccoli

#### Mart. XII 61

Versus et breve vividumque carmen

in te ne faciam, times, Ligurra,

et dignus cupis hoc metu videri.

Sed frustra metuis cupisque frustra.

In tauros Libyci ruunt leones, 5

non sunt papilionibus molesti.

Quaeras, censeo, si legi laboras,

nigri fornicis ebrium poetam,

qui carbone rudi putrique creta

scribit carmina, quae legunt cacantes. 10

Frons haec stigmatum non meo notanda est.

#### Babr. Fab. I 107 (Il leone e il topo)

Λέων ἀγρεύσας μὴν ἔμελλε δειπνήσειν·

ὁ δ' οἰκότριψ κλώψ ἐγγύς ὦν μόρου τλήμων·

τοιοῖσδε μύθοις ἰκέτευε τονθρύζων

“ἐλάφους πρέπει σοι καὶ κερασφόρους ταύρους

θηρῶντα νηδὺν σαρκὶ τῆδε πιαίνειν·

μυδὸς δὲ δεῖπνον οὐδ' ἄκρων ἐπιψαῦσαι

χειλῶν ἄλις σῶν. ἀλλὰ λίσσομαι, φείδου.

ἴσως χάριν σοι τήνδε μικρὸς ὦν τίσω.”

γελάσας δ' ὁ θῆρ παρήκε τὸν ἰκέτην ζῶειν (...)

Cfr. Phaedr. I 29,10-11 (*aper ad asinum irridentem*) “*facilis vindicta est mihi, / sed inquinari nolo ignavo sanguine*”.

Un leone catturò un topo e voleva mangiarselo:

il ladruncolo di casa, poverino, vicino alla morte,

mormorando con queste parole lo scongiurò:

‘cervi e tori che portano corna ti conviene

cacciare, e riempirti il ventre di quella carne;

pranzando con un topo non ti stuzzicherai neppure

le labbra in superficie. Ma ti prego, risparmiami,

e ti renderò uguale favore, anche se sono piccolo’.

Il leone, ridendo, lo lasciò andare mentre supplicava

### Mart. I 22,5 e Ov. Met. 11,25-27: intenti allusivi?

structoque utrimque theatro

ceu matutina cervus periturus harena

praeda canum est

### Mart. I 23: i bagni come luoghi di incontro (sessuale)

#### Petr. 92

Instat Eumolpus, et cum puer illi potionem dedisset, ‘malo te’ inquit ‘quam balneum totum’ siccatoque avide poculo negat sibi umquam acidius fuisse. ‘nam et dum labor’ ait ‘paene vapulavi, quia conatus sum circa solium sedentibus carmen recitare, et postquam de balneo [tamquam de theatro] eiectus sum, circuire omnes angulos coepi et clara voce Encolpion clamitare. ex altera parte iuvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona flagitabat. et me quidem pueri tamquam insanum imitatione petulantissima deriserunt, illum autem frequentia ingens circumvenit cum plausu et admiratione timidissima. habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. o iuvenem laboriosum: puto illum pridie incipere, postero die finire. itaque statim invenit auxilium; nescio quis enim, eques Romanus ut aiebant infamis, sua veste errantem circumdedit ac domum abduxit, credo, ut tam magna fortuna solus uteretur.

Cfr. Mart. 1,96 ; 7,82 ; il motivo, al contrario, in IX 63.

### Anche al femminile...

#### Mart. III 51

Cum faciem laudo, cum miror crura manusque,

Dicere, Galla, soles ‘Nuda placebo magis,’

Et semper vitas communia balnea nobis.

Numquid, Galla, times, ne tibi non placeam?

### ... e in Grecia

#### Strato, AP XII 207 = 48 Floridi

Ἐχθὲς λουόμενος Διοκλῆς ἀνεπήνοχε σαύραν

ἐκ τῆς ἐμβάσεως τὴν Ἀναδομένην.

ταύτην εἴ τις ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ τότε ἐν Ἴδῃ,

τὰς τρεῖς ἂν ταύτης προκατέκρινε θεάς.


Ieri al bagno Diocle dalla vasca ha fatto risalire a galla

la sua lucertola, simile all’ Afrodite che emerge dai flutti.

Se a Paride avessero mostrato questa quel giorno sull’ Ida,

l’avrebbe senz’altro preferita alle tre dee (tr. Floridi).

## Tacito Agr. 7: la Liguria antica



### Tac. Agr. 8

Praerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius quam feroci provincia dignum est. temperavit Agricola vim suam ardoremque compscuit, ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere.

1 Bolanus B; Volanus eA      2 ne incresceret *codd., edd. (Ogilvie ipse): <nimum> cresceret Soverini, Audano.*

### Tac. Agr. I 8: le virtù del condottiero

#### Caes., Bell. Alex. 31

Iisque Carfulenum praefecit, et animi magnitudine et rei militaris scientia virum praestantem.

### Cic. pro lege Manilia 28 e 67: il ritratto di Pompeo in Asia.

Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. (...) cuius adulescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipendiis sed triumphis est erudita.

Ora maritima, Quirites, Cn. Pompeium non solum propter rei militaris gloriam sed etiam propter animi continentiam requisivit. Videbat enim praetores locupletari quotannis pecunia publica praeter paucos (...) Quasi vero Cn. Pompeium non cum suis virtutibus tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus.

### Tac. Agr. 8: Minister

#### Vell. 2,129,3

Minister consiliorum suorum

cfr. Tac. Ann. 15,28 *minister bello datus*

### **Mart. I 24**

Aspicias incomptis illum, Deciane, capillis,  
cuius et ipse times triste supercilium,  
qui loquitur Curios adsertoresque Camillos?  
Nolito fronti credere; nupsit heri.

*hab. T* ad decianum                      1 puellis capillis *P*                      3 assertoresque *ex* assertosque *corr. L*                      4 fro fronti *P*

### **Mart. I 24: aspice / aspicias, un modulo epigrammatico**

#### **Mart. XIII 58**

Aspice, quam tumeat magno iecur ansere maius!  
Miratus dices: 'Hoc, rogo, crevit ubi?'

#### **Mart. VI 38,1-4**

Aspicias, ut parvus nec adhuc trieteride plena  
Regulus auditum laudet et ipse patrem?  
Maternosque sinus viso genitore relinquat  
Et patrias laudes sentiat esse suas?

#### **Mart. VIII 59,1-6**

Aspicias hunc uno contentum lumine, cuius  
Lippa sub attrita fronte lacuna patet?  
Ne contemne caput, nihil est furacius illo;  
Non fuit Autolyçi tam piperata manus.  
Hunc tu convivam cautus servare memento:  
Tunc furit atque oculo luscus utroque videt:

### **Mart. I 24: dopo il supercilium imperiale, quello dei filosofi/moralisti**

#### **Mart. XI 2,1-4 (vd. anche lezione del 24 ottobre)**

Triste supercilium durique severa Catonis  
Frons et aratoris filia Fabricii  
Et personati fastus et regula morum  
Quidquid et in tenebris non sumus, ite foras.

#### **Mart. VII 58,7-10 (de Galla qui nupsit cinaedis pexa barba nitentibus)**

Quaere aliquem Curios semper Fabiosque loquentem,  
Hirsutum et dura rusticitate trucem:  
Invenies: sed habet tristis quoque turba cinaedos.  
Difficile est vero nubere, Galla, viro.

#### **Iuv. 2,1-3; 8-15.**

Vltra Sauromatas fugere hinc libet et glaciale  
Oceanum, quotiens aliquid de moribus audent  
qui Curios simulant et Bacchanalia uiuunt.  
(...)

frontis nulla fides; quis enim non uicus abundat  
tristibus obscenis? castigas turpia, cum sis                      10  
inter Socraticos notissima fossa cinaedos?  
hispidam membra quidem et durae per brachia saetae  
